










RELIQUIÆ:

DE DIGITO

S. RUPERTI

QUÆ

Prius in cumuni
vasculo positæ. Anno
M.DCC.XLVII. in argen-
teo hoc novo vase inclusa
sunt confecto ex pecun-
iis à defuncto Principe &
Abbate Anselmo ad or-
nandas Reliquias
designatis



RELIQUIÆ.
DE GRANIO
S. BLASII
EPISCOPI MART.

Pariter Anno millesimo
Septingentesimo quadra-
gesimo quinto in novū
hoc argenteum vas, quod
ex relictis ab Anselmo ~
Principe Abbate ad or-
nandas Reliquias desti-
natis pecuniis confe-
ctum est, positæ
sunt.




























CURIOSI RERUM INTER- PRETATORES

ET INDAGATORES ISTUD

Reliquiis ornatum vasculum
non ungulam Gryphis, sed cor-
nu Bovis vulgò, Büffel Dren, esse
judicant. Dum tempore belli sue-
vici argentum & aurum Ecclesiæ
pro redemptione hosti extradi
debuit, omnia vasa, ubi Reliquiæ
sacræ inclusæ erant, nudata fuerūt.
hoc vasculum argento iterum or-
natum fuit Ann. M. DCC. XLIII. ex
relicto deposito defuncti D. P.
Wunibaldi Meiller professi nostri
in hoc vasculo inclusæ sunt sequen-
tes Reliquiæ.

SS. Gereonis & Soc. MM. de vexillo S. Mauri-
tii. XI. mill. Virginum, septem Machabæorum, Acha-
tii & socior. MM. Sigismundi Regis, Sebastiani
M. Georgii Martyr. Henrici Imperatoris.

Caroli Magni Imperatoris. de
terra Sepulchri Domini. Gre-
gorii & Bernardi.



































































Quomodo & quando
Particula S. Crucis auro &
argento ornata ad nos pervenerit
ex sequentibus patet:

Nos Liebhardus Abbas Otto Prior, totusque
Conventus Monasterii in Alderspach Cisterci-
enf. Ord. Paviens. Dioces. notum facimus uni-
verlis, quod propter maximam nostri Monasterii
necessitatem evitando irrecoverabilia ejusdē Monasterii
pericula vendidim⁹ R. in Chro P. ac D.D. Altoni Abb.
& Convent. S. Emerici Ratisb. Ord. S. Bened. ad Rom.
Eccles. nullo medio p̄tinentis n̄ram Crucē argenteā deau-
ratā in qua est particula S. Crucis Ch̄ri. pro Lll. libris
Denarior. Ratisb. quas pecunias F. Joan. de Nurnberga, n̄ri
p̄fess⁹ sibi traditas recepit ab eodē D. Abbate ex toto.
& de quib⁹ ipsū D. Abb. & Convet. dicti M̄nrii S. Emerici
quittam⁹ p̄ p̄sentes. in cujus testimoniū has litteras
nostrorū Sigillorū munimine impendenti roboratas
Eisdem Dñis Abbati & Conventui duximus assignandas.
datum in M̄nrio n̄ro Anno Dñi M.CCC.LXVII. die xxviii Martii

Ex altera parte hos versus legere est.

*De Cedro truncus Crucis est, Stipesque Cypressus.
Brachia de Palma, pars est Oliva suprema.*

Circa faciem Christi in circulo.

Vultus ave Christi, nos à nece protege tristi

ANNO.

M. DCC. XLIII. reparata est hæc Crux, & novo
pede ex Cupro deaurato ornata.










**CIBORIUM
QUADRATUM AU
REUM AB ARNOLDO
NOSTRO DESCRIBITUR
IN HUNC MODUM.**

Arnolfus Imperator. &c. spēia
li autem suo Patrono Emme
ramo pro gratiarum actione to
tum contulit Palatii Ornatum.
in quo erat Ciborium quadra
tum. cuius auro tectum tabula
tum. Fastigium serto gemmarum
redimitum. corpus verò ad gemi
na specimen dilectionis simili
tudinem superioris habens & in
ferioris sustentatur aureis octo
columnellis. quæ & ipse tot vir
tutum seu beatitudinum instar
exponunt. hæc Arnoldus no
stri Monasterii Profellus. in li
bro suo. II. de Miraculis Sancti
Emmerami. capite quinto.
vixit autem hic Arnoldus ad
Initium sæculi. XI.



LIBER
EVANGE
LIORUM
PRETIOSIS
SIMUS AB
ARNOLFO
IMPERATO
RE SEM
PER AMO
DONATUS

DE HOC EVANGELIORUM LIBRO

HÆC MEMINIT ARNOLDUS NOSTER. loc. cit. cap. v.

Erant etiam in eo Palatii Ornatu Evangeliorum libri pleni
iii auro & gemmis tecti, scripti, picti, ac omnimodis
ornati, è quibus unus est cubitalis, opere, pretio, pondere
siquidem talis, ut ei non facile inveniri possit equalis. Cujus
in dextera parte dispositio gemmarum centenarium etiam
complet numerum, quarum quædam adeo quantitate pro-
minent, ut quatuor ex his Calices operiant sedecim.
in figuram S. Crucis per singulos quaternis ordine medio
dispertitis. intimus autem ordo contractior calices ha-
bet triginta duos singulatim gemmis minoribus oper-
tos, quibus venulle respondet extimo amplioribus
per castella dispositis nec non margaritis per propu-
gnacula insertis delitiosissime compto. hucusque

Arnoldus noster.

Continet autem hic Liber in se quatuor Evangelia
& ab initio ad Imaginē Caroli cæsi & in fine hos Versus
ab initio
in fine.

Hic residet Carolo divino munere fultus, ornat quæ pietas, & bonitatis amor.	Bis quadringenti volitant & septuaginta Anni, quo Deus est Virgine natus homo
Hic Ludovicus iussit, quo Rex non iussior alter. Qui genuit Prolem hunc tribuente Deo.	Ter denis annis Carolo regnabat & uno Cum Codex actus Illius imperio
Alma viro peperit Judith de sanguine clamo, Cum genitor regnis jura dabat propriis.	Ille tenens undosum calamo descripsit æquor, Littoris ad finem nostra carina manet.
Hic nomen magni Karoli de nomine sumpsit Nomen & inditum læptra tenendo sua.	Sanguinem nos uno Patris, Matrisque creati atque Sacerdotis levat uterque gradum.
Hic David vario fulgescit stemmate Regis, atque Salomonica jura docentis habet.	En: Beringario, Liuthardo nomine dicti, Quis fuerat sudor difficilisque nimis.
Istius imperio hic codex resplendet & auro. Qui bona construxit multa favente Deo.	Hic tibi met lector succedant verba precantis, Ut dicas, capiant Regna beata Dei.
Ex quatuor primis in fine versibus tempus, quo scriptus est. ex reliquis vero nomina Scriptorum habentur.	





























